



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 41. Nuper me in littore vidi. Vox ego, deinde nihil.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Ego Vox clamantis in deserto, ad
aquas Ennon & Salim.

Amor Ioannem interrogat, quid sit.

Imago 41.

Nuper me in littore vidi.

Vox ego, deinde nihil.

1. Liliū, cui insidet
2. Aëdon, cui schedula in
3. Ore & inscriptum, Vox ego, ad
4. Fontem, ubi
5. Aëdonis umbra innatat, & pellucet.
1. Corpus Ioannis nesciens labem ninei pudoris.
2. Amor cœlestis in Ioanne.
3. Sui contemptus, & nulla de se opinio, quasi nil foret, nisi vana aura & vox
4. Ad aquas, quibus baptismum celebrat, vel, ad divinam gratie fontem; in quo, ceu
5. Liquido speculo suam intuetur conscientiam, & seipsum.

TV quis es ab Solyimis hospes dum quæritat oris,
Hic vbi Rex vatum balnea pura parat?

Audiit, è nineo qui flore sedebat ad vndas;
Diuus Amor, sed tūc tinnula factus avis:
Ecquid agis? dixit. *Nuper me in littore vidi*
Vox ego sum. Quæris cætera? deinde nihil.
Vox ego, desertis vbi clamor oberat arenis.
Vox ego fusa vijs. Vox ego fusa iugis.
Et breue quid, dices fateor. Sed maxima voci est
Gloria, me Verbum posse perenne loqui.

I

NOTA.

N O T Æ.

4. Vox. *Aliquis Lacon Lusciniam ceperat ratus aliquid magnum & pulchrum ea in alite se inuenturum, qua per sylvas & agros tam vocali & incundo cantu ad tot dies resonaret, demulceretque. Verum, ubi nec ullam corporis dignitatem aut coloris gratiam deprehendit: Vox es, ait, præterea nihil.*

At id ipsum de se Ioannes; sensit, quasi aliud nihil foret, quam vox sine leuis aëris impulsus, & inde sonus, qui suo appulsu tinnientes impellat aures. Ideoque is sapientior euasit. Nemo enim melius de se iudicat, quam, qui se nihili estimat.

LIBER III.

M O R S.

Imago I.

Me oportet minui, illum crescere.

1. Cedrus altissima in
2. Monte Libano, sub qua succrescit
3. Cupressus procera, quam
4. Manus atra sparsa guttis è nubecula
5. Securi succidit.
1. Christus in
2. Summo sanctimonie fastigio eminent.
3. Ioannes, quo nemo inter natos mulierum maior, Christo tamen minor assurgit; quem

3. Mors